

Li. VI. Geometrie Speculatiue

Liber sextus de elementis Geometrie. Tractatus primus. De definitione noie et inuentoribus Geometrie: de eius quoque utilitate et laudibus. Capitulum. I. Dis.

Uas besterno vesperi canedi exposuisti regulas/totam hanc nocte in somno agens in Antiphonario clare iuueni: pbauit: nec necesse est te in illarum dilucidatione diutius imorari: Geometriam potius aggredere et sub breuitate principia illius ediffere. Ma. Geometrie elementa et principia abunde tradidit et descripsit Euclides pater/ ut aiunt hypocratis arvero quam multa sunt et sine interpretate ab incipientibus minus intelligibilia: tibi ex his necessaria elicere ac dilucidare conabor: quibus intellectis cetera quoque facilius leges. Dis.

Euclides

Placet quod conaris: sed primis quid sit Geometria edicito. Ma. Geometria est disciplina magnitudinis immobilis formarumque descriptio contemplatiua: per quam uniuersumque terminum declarari solet. vel est disciplina magnitudinis et figure secundum magnitudinem contemplatur. Dis. Unde hec disciplina Geometria dicitur. Mag. Terra et mensura. y. enim grece/ latine terra dicitur. uel pro grece/ latine mensura exprimit. Hinc dicta geometria (mirando ita siue i grece cum in e latinum) quasi terre mensura. Dis. Nulli igitur nisi terre per ipsam mensura habet. Ma. Nequaquam: sed cuiusuis magnitudinis per ipsam reperitur mensura: atque a terra nomine obrinuit. Nam primo circa terre diuisionem inuenta tradit. Dis. Quod igitur et a quibus inuenta est? Mag. Ab egyptijs ut ait Alforabius/ per necessitate diuisionis terminorum terre: quos cum Nilus inundationis tempore limo obducens confundebat: eos ipsos egyptij geometriae principijs rursus distinguebant uniuersumque quod suum est reddentes. Dis. Utilitas igitur et necessaria huius discipline cognitio est. Ma. Utilitatem eius in sequentibus experientia cognosces: cum mensurandi modum instrumento deprehenderit. Singulas tamen geometrie utilitates enumerare haud possibile existimo: per ipsam namque totius terre ambitus et profunditas indagatur: superficies quoque et terre et maris miro modo distinguit. ut in prolomei cosmographia videre est: ubi omnium corporum celestium orbium scilicet et stellarum magnitudines per geometriam demonstrant. ut claret in Almagesti prolomei. Et quod omnibus longe spono: per ipsam geometricam disciplinam theologie ac primae philosophiae profundiora rimantur secretis atque contemplantur altius. sicuti luce clarius patet in libro quem (uir apprimè doctus Nycholaus de Lusa Cardinalis) de docta ignorantia scripsit. Et coline ecclesie profunda quedam sacrosancti euangelij mysteria: et numeris et mathematicis figuris pandere negle-

Geometria

Alforabius.

Geometrie inuentores

Ptolomeus.

Nycholaus de Lusa